



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

Bipartitus, In Qvo L. Vetera Monumenta, Nunquam Visa, Pauculis Exceptis -  
Quorum Catalogum versa pagina indicat

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1604**

25. Vita S. Cudberti carmine scripta a Beda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

Acta

**SANCTI  
CVTHBERTI** AM

*Lindisfarnensis*

**EPISCOPI**

**A**

Venerabili

**B E D A**

Heroico carmine conscripta.

*Nunc primum ex membranis m. s. ce-  
leberrimi Monasterij S. Galli  
edita.*

✠)o(✠



Ssss

MAR





MARTYROLOGIVM ROM.

20. Martij,

**I**N Britannia depositio S. Cuthberti Episcopi Lindisfarne[n]sis, qui à puericia ad obitum v[er]is sanctis operibus & miraculorum signis effulsit. Hæc Marr. Rom. vbi notat has addit Illustrissimus Baronius: De eo Beda, Vuardus, Ado. Eius acta Beda excelsè scripsit. habentur tom. 3. qui & in præfatione hist. de gest. Angl. seetur se scripsisse vitam ipsius, non tantum soluta oratione, sed etiam versu heroico. Idem de eo lib. 4. hist. Angl. c. 27. 28. & 29. Sed re cepit anno Domini 685. Migravit è vita anno 688. Sigebertus autem anno 687. diem obiisse affirmat. Hæc Baron.

Beda ad finem historia Anglorum. Vitam S. Patris Monachi, simul & Antistitis Cuthberti, & prius heroico metro, & postmodum plano sermone descripsit. Hæc Beda. Vbi notat Molanus ad Vuardi Martyrolog. 20. Martij, in eod. loco, & ita legi: heroico metro capitibus quadraginta sex. Quæ lectio sane probatur mihi. Nam m. t. membranz habent expressè 46. capita.

Beda in præfatione vitæ S. Cuthberti, quæ extat tom. 3. Bedæ: Vitam eiusdem Deo dilecti Patris nostri, quam vobis prosa editam dedi, aliquantò quidem brevius, sed eodem tamen ordine, rogantibus quibusdam è nostris fratribus, heroicis dudum versibus edidi.


Hæc Beda.

JAM

Vent.

HOC LIBRUM  
SIGEBERTUS  
27





Venerabilis BEDA,  
DE VIRTUTIBVS S. CVD,  
BERTI LINDISFARNEN-  
SIS EPISCOPI.

*Incipit Prologus.*

Domino in domino dominorum dilectissimo Ioañi Pres-  
bytero Beda famulus Christi salutem.

**D**ici non potest, dilectissime in Christo Domine, in quantum tua chari-  
tate afficiar, tuaq; si fieri posset presentia semper delecter: tua quoq;  
sancta dulcedinis, etiam inter longi itineris, quod inire cupis, angustias, per-  
enni memorie stimulo compungar. Vnde tibi vel ad memoriam meae deuotio-  
nis, vel ad tuae peregrinationis leuamentum, beati Cudbriethi Episcopi, quae nu-  
per vobis edidi, gesta obtuli. Absq; ulla enim dubietate confido, quod  
tanti viri comitatus, multum felicitatis conferat. Nam illius & merentem  
dulcedo consolatur affabilis: & desidem compunctio cordis feruens excitar,  
& periclitantem intercessio firma defendit. Scire autem debes, quod nequa-  
quam omnia gesta illius exponere potui, quotidie namq; & noua per reliqui-  
as eius aguntur, & vetera nouiter ab his, qui scire poterant, indicantur. Et  
quibus vnum est, quod in me ipso, sicut iam tibi dixi, per lingua curationem,  
adum miracula eius canerem, expertus sum. Si vero vita comes fuerit, & no-  
strae dispositioni superna voluntas fauendo annuerit, spero me in alio opere  
nonnulla ex his, quae praeter miseram, memoriae reddidit, DEO pro-  
regente, perueneris, pro me intercedere  
memineris.

Explicit praefatio.



INCIPIT DE MIRACVLIS  
CVDBERTI PROEMIVM.



Vltis suis Dominus fulgere lumina seclis  
Donavit, tetricas humanæ noctis ut umbras  
Lustraret diuina poli de culmine flamma.  
Et licet ipse Deo natus de lumine Christus,  
Lux sit summa Deus, sanctos quoque iure lacera

f. lase,

Ecclesia rutilare dedite, quibus, igne Magistro,  
Sensibus inflet amor, sermonibus et suet ardor,  
Multifidos varium lychnos qui sparsit in orbem,  
Ut cunctum noua lux Fidei face fusa sub axem  
Omnia fidereis virtutibus arua replet.  
Roma Petri, Paulique iubar mirata gemellum,  
Caudet Apostolicis semper victura tropæis;  
Ast Asia lucem Verbi serit ore Ioannes,  
Hauserat è Domini quæ pectore mystica ructat.  
Bartholomæus Eoa volat per regna triumphans,  
Indomitosque armis lingua domat inclytus Indos.  
Tu quoque Niliaeos componens Marte furoræ,  
Sicca Euangelicis fatias de nubibus arua.  
Africa Cypriani dictis, meritique; refulget.  
Spernere delicias fuso qui sanguine suauit.  
Pictauis Hilario multum radiata Magistro,  
Discutit annorum vera iam luce tenebras.  
Constantinopolim Chrysostomus ille Ioannes,  
Aurato nitida lustrat fulgore loquelæ,  
Nec iam orbis contenta sinu, trans æquora lampas  
Spargitur effulgens, huiusque Britannia consors  
Temporibus genuit fulgur venerabile nostris,  
Aurea qua Cudperhtus agès per sidera vitas,  
Scandere celsa suis docuit iam passibus Anglos.  
Hunc virtutis honor iam primo à limine vitæ,  
Ætheriumque decus signis comitatur apertis.

Cuius



Cuius cuncta licet nequeam, tamen vltima malim  
Commemorans operum vefigia tangere verfu,  
Quis pateant interna sacre fundamina mentis.  
Tu, rogo, summe, iuua, donorum Spiritus auctor,  
Te sine nam dignè fari tua gratia nescit:  
Flammium omiq; soles dare qui noua famina linguis  
Munera da linguæ, verbi tua dona canentis.

Quomodo puer Dei Cudperhtus per infantem sic prædicto Epi-  
scopatu admonitus.

**A**lma Deo cari primo cœlestis ab æuo  
Vita micat, famulalator quem muneris alti,  
Vera vocat Christus speciali ad gaudia dono,  
Auriuagatq; feri pompas contemere seeli,  
Corq; polo stabilire docet, quem denique dulci  
Prima magisterio per tempora dirigit æui,  
Quandoq; prouectum sublimibus inferat astris.  
Fortè vago gracilis dum gramine luderet ætas,  
Intereat vacuis simul in dolens alma palæstris,  
Subq; leui lætas sumpsit luctamine palmas,  
Sed Dominus digno puerilia senfa magistro  
Correxit, tenero nam de grege paruulus infans,  
Viribus admonuit dubiis ne fidere mallet:  
Et festina breui consumere tempora luxu:  
Sed stabilem Domini mentem firmaret amore.

At puer infantis risit sacra famina nolens,  
Octennis trimum despectus habere magistrum,  
Qui gemit, & luctu faciem perfundit amaro.  
Solutur in lachrymas luctus, cunctiq; vicissim  
Vnius incertos satagunt abstergere fletus:  
Nec valere tamen solatia raptâ nouari:  
Hunc pia complexum Cudperhtus ad oscula mulcet,  
Obsecrans ficcare genas, deponere luctus.  
Excipit & mesto iustas de corde querelas;  
Quid te, care, leui subdis per inania ludo,  
Quem Deus ætherio sublimis honore sacrauit,  
\*Præficiens populis, cœli quibus atria pandas?  
Ingenuum stadio numquid concurrere seruis

Ssss 3

Fas

\* m. s. mo-  
neri in  
marg.

\* m. s. marg.  
præficiens



Fas erit, aut vulgi antiſtes ſimilabitur actis.  
 Linque tuis ergo tam diſſona friuola factis,  
 Deuotusq; Deo ſacrum coniungere pectus.  
 Hæc ait, & pueri grandæuum in pectore ſenſum  
 Spiritus inſtituit cunctum comes almus in æuum.  
 Nec mirum, infantes myſteria pandere Chriſti,  
 Lactentumq; ſacer repleat ſi vilcera ſtatis,  
 Qui facit humanas aſinam reboare loquelas.

*Quomodo genu dolente claudis effectus ſit, & An-  
 gelo medicante curatus.*

3. **P**Arvulus interea ſubiti diſcrimine morbi  
 Plectitur, atq; regit veſtigia languida pino.  
 Cumq; die quadam ſub diuo Feſta locaſſet  
 Membra dolens ſolus mitis puer, ecce repente  
 Venit eques niueo venerandus tegmine, nec non  
 Gratia cornipedi ſimilis, recubumq; ſalutat,  
 Obſequium ſibi ferre rogans, cui talia reddit:  
 Obſequiis nunc ipſe tuis adſiſtere promptus  
 Vellem, ni \* diro premeretur compede grefſus,  
 Nam tunc ecce genu, nullis quod cura medentium  
 Tempore iam multo valuit mollire lagonis.  
 Deſilit hoſpes equo, palpat genu ſedulus \* ægrum,  
 Sic fatus ſimilæ nitidam cum lacte farinam  
 \* Olla coquat pariter feruenti .....  
 Hocq; iſtum calido ſanandus inungue tumorem.  
 Hæc memorans conſcendit equum quo venerat, illo  
 Calle domum remeans, monitus medicina ſecuta eſt;  
 Agnouitq; ſacer medicum veniſſe ſuperni  
 Iudicis à folio ſummo, qui munere clauſos  
 Reſtituit viſus piſcis de felle Tobie.

\* diro.

\* al. ægro.

\* al. onda.

4.  
 \* Beda in  
 proſa S.  
 Cudberti  
 ca. 3. rates  
 Oceano  
 delapſus r.

*Quomodo venti oratione mutatis \* Oceano delapſa re-  
 uocavit ad litus.*

**H**inc ſacra maiori firmatus robore corda,  
 Celſithronum didicit precibus pulſare tonantem.  
 Eſt locus inſignis fluuii ſuper oſtia Tini,  
 Eximio iam tunc monachorum examine pollens:

Qui



Qui veherent dum ligna feri per terga fluenti,  
 Fluminis & venti subito feriuntur ab ictu:  
 Quinq; fuere rates, rapido quæ gurgite cunctæ  
 Oceani canum pronæ labuntur in æquor,  
 \* Iam oculis abstracta procul, velut aliger, vndis  
 Mergulus innaret, parer per cærule puppis.

\* flamm.

Egreditur fraterna cohors, & poplite flexo  
 Æthera suspiciunt, vitam, pacemq; precantes.  
 Seruatur sed \* hoc puero victoria lecto,  
 Qui tum forte alia iam stabat in obice ripæ,  
 Vulgus & innumerum, grandisq; caterua ridentum.  
 Gaudia nam reprobis sunt tristia fata proborum.  
 Noxia, qui dixit, linquamus gaudia fratres:  
 Condoleamus & his, quos verbera mœsta fatigant,  
 Vel Dominum potius, qui flabra creauit, & vadas,  
 Oremus, dignetur iter donare salutis.  
 Rustica sed iustis dissentit turba suadelis  
 Ille, genu flexo, vultu mox presserat arua:  
 Mutantur venti, ratibusq; in littora iactis  
 Erubuit latum viso pro numine vulgus,  
 Glorificatq; DEVM, firmet qui vota suorum.

\* hæc.

Quomodo cum pastoribus positus animam sancti Aeda-  
 ni Episcopi ad calum ferri ab Angelis aspexerit.

5

**H**æc inter, teneros lætis dum collibus agnos  
 Palceret, ecce vigil nocturnis cernit in hymnis,  
 Ignea fidereis fulgescere castra manipulis,  
 Atq; polis sanctum rutilæ per gaudia pompæ  
 Ferre animam, sociisque sopor, quos presserat, infuit  
 Heu miseri lento premimur qui pectora somno,  
 Cernere nec vigiliū ecclesia facta meremur.  
 Peruigil en modico magnalia tempore creni  
 Tanta Dei, bifores portæ referantur Olympi,  
 Inditur ætheriæ felix qua spiritus aula,  
 Angelicis comitatus ouans, qui sidera flammis  
 Transsit, & altithronum gaudet modò visere regem:  
 Antistes fuit iste reor, plebis uel sacratæ,  
 Summus in arce nitens, comitum quem flammae tantis

Exci-



Excipit æthra choris, lucisq; ad limina vexit.  
 Discite pastores vigili tutamine mandris  
 Infidias noctis, furuolq; cauere leones,  
 Vobis vt angelicę pateant sacra carmina laudis,  
 Bethleaq; DEVM cernatis in arce potentem.  
 Hæc memorans trepidas socio sub pectore laudes  
 Accendit miranda fides rerum. Aedanus ille  
 Tempore deceffit Domini orans latus ad aulam.

*Quomodo idem Aedanus tempestatem nauis prædicens,  
 Oleum quo mitigaretur, dederit.*

Gesta sacerdotis huius veneranda per orbem,  
 Et doctrina nitet, memori narranda relatu.  
 Tangere sed breuiter exemplis sufficit vnum.  
 Presbyter vndisoni quidam vada cœrula pontis,  
 Scandere iussus adit supplex oracula vatis,  
 Scq; suoq; rogans precibus tutarier almi.  
 Antistes cui celsus ait, Petis æquor vt altum,  
 Obuius aduerso insurget septentrio flatu.  
 Venti sed fremitus, tempestateq; sonoras  
 Chrilmate, quod dederim promptim lenire memeto.  
 Vngvine tunc sumpto nauæ præpinguis oliuz,  
 Equora conscendunt, veliq; patentibus alis  
 Suleabat media puppis securâ profundum.  
 Cum subito grauis inflat hiems, furit vndiq; pontus  
 Tardans abrepta vestigia cœpta carinz:  
 Immisso tandem pinguis medicamine guttz,  
 Mansueta fera componens vnda tumores  
 Pandit iter latum. Virtus sic vna gemello  
 Effulget radio, dictis qui tristibus ante  
 Terruerat, prompto releuat solamine mœstos.  
 Quiq; propheta præfatur mente futura,  
 Iple elementa suis refrenat turbida iussis.

*Quomodo Cudbertus iter faciens cibum ex alio indice reperit.*

7. **R** Visus casta DEO CUDBERTVS pectora plenus,  
 Ingrediens itiner, pluuio concluditur Euro,  
 Frigora quaq; volans percurrit sidera nimbus.

Duce



Diuertitq; rigens veteris sub tecta tabernæ,  
 Condiderat pecorum qua \* solo per aua custos,  
 Parieti & adnectit, quo venerat ipse, caballum,  
 Expectansq; vdos Dominum componere flatus,  
 Diuinis horam dum sacra laudibus almus,  
 Cernit equum subito ipsius decerpere morfu  
 Tecta calæ, feniq; fluunt in fasce cadentis  
 Mistra pio iuueni summo conuiuia dono;  
 Qualia siccato meruisti gramine quondam  
 Flammeus atherias vates qui scandis adauras.  
 Ergo sacer calidi panis, carnisq; superna  
 Iam dape pastus agit grates, positisq; procellis  
 Carpit iter gaudens Christo comitante serenum.

f. sola

Quomodo Angelum hospicio recipiens, dum panem quærit mini-  
 strare terrenum, caelesti ab eodem remunera-  
 ri meruerit.

7.

**H**inc maiora petens monachis hrypensibus, almus  
 Corpore, mente, habitu, factisq; adiungitur, & mox  
 Ponitur hospitibus famulus, iustoq; libenter  
 Subditus obsequio celsæ de mœnibus aulae  
 Cernere promernit gaudens, & pascere ciuem.  
 Hospitis hic habitum mediæ sub tempore brumæ  
 Aduenit, vatisq; humili de more receptus,  
 Aptos abluitur sacros, quiq; algida blando  
 Palmarum adclinis mulcet vestigia fotu;  
 Subnixusq; rogat dignetur vt vique morari  
 Defessus lætis dapibus, quo membra nouentur,  
 Ne frigusq; famesq; niuosaq; flabra Decembri  
 Ingement itener longo sub calle rigentis,  
 Qui matutinis aduenerit algidus auris.  
 Atq; reluctantem, summi per regna tonantis  
 Adiurans tandem sistitq; famemq; repellit,  
 Digreditur cupiens panem deferre calentem  
 Hesternæ \* quod tantum superessent fragmina cœnz.  
 Conuiuiam rediens quatit, sed nulla vianis  
 Signa pedum niueo quoquam conspexit in aruo.  
 Interiora petens roseo nidore referta

\* sic M.S.  
 cum  
 nota, .  
 fort. leg.  
 Quæstet

Rep-  
na

T r r r



Repperit hæc, mirum dictu, pariterque tuctur  
 Tres inibi è nitido fulgentes polline panes.  
 Talia dum panido Cudperhtus peſtore fatur:  
 Cerno quidem, ætheria descenderat hoſpes ab aula,  
 Cognatisque leuis ſe reddidit alger aſtris:  
 Paſcere, non paſci veniens, & fercula portans,  
 Qualia non ſurgunt noſtræ de germine mellis:  
 Lilia nec candent, nec ſicroſa fulgida \* flagrat,  
 Noſtraque manniſluo ſpernuntur mella ſapore.  
 Non hæc ergò meus toſto de viſcere fornax,  
 Sed paradife, tuus gignit ſacra mœnera fructus,  
 Nec mirum noſtras diues quod reſpuit elcas,  
 Perpetuum vitæ fruitur qui pane per æuum.  
 Nam vir mente Deo deuotus, & ore iocundus,  
 Sanctificos patrum Domini ſub laudibus actus  
 Commemorare ſolens, proprios quoq; ſapienter infert,  
 Egerit ætherios tantum quos teſte triumphos.

f. fragrat.

8. *Quomodo animalia maris, in quo pernox orauerat, illi reſpoſo pre-  
 buerint obſequium, & frater, qui hæc videbat, præ timore lau-  
 guſcens eius ſic oratione recreatus.*

**I**Nterea iuuenis ſolitos nocturnus ad hymnos  
 Digreditur: lento quidam quem calle ſecutus,  
 Illius incertos ſtūdūit diuoſcere grefſus.  
 Ad mare deueniunt, collo tenus inditus vndis  
 Marmoreo Cudperhtus agit ſub carmine nocte  
 Egreditur ponto, genibusq; in litore fixis,  
 Expandit geminas ſupplex ad ſidera palmas.  
 Tum maris ecce duo veniunt animalia fundo,  
 Vatis & ante pedes fulua ſternuntur arena.  
 Hinc gelidas villa, flatuq; fouentia plantas,  
 Equoreum tergunt ſancto de corpore frigus:  
 Supplice tum nutu ſeſe benedicier orant.  
 Qui parens votis verbo, dextraq; miniſtris  
 Impendit grates, patriasq; remittit ad vndas,  
 Ac matutino teſtis ſe tempore reddit.  
 Hæc comes vt vidit percuſſus corde pauore,

\* Semia-



\* Semianimam curuo flatum trahit abditus antro.  
\* Adrevoluta dies noctis cum pelleret umbras,  
Aeger adest vati supplex genibusq; volutus,  
Se postcit Domino prece commendare profusa,  
Inciderit mœstam subito quod pondere noctem.  
Num nostrum è speculis, dixit, tentando latenter  
Lustrabas itiner? sed nunc donabitur error  
Iam tibi poscanti, retices si visa quousq;  
Decedam mundo? summiq; exempla magistra  
Exsequitur, misso renouans qui lumine caeco  
Præcipit auctorem reducis celare salutis.  
Tum prece languorem pellit, culpamq; relaxat.  
Inq; dies meritis crescendi summa Tonantis  
Gratia testis adest; pandunt miracula mentem;  
Iamq; prophetalis stellanti è culmine virtus  
Candida prærutilo irradiat præcordia flatu.

\* Semianimam  
mem forre  
Bed. scri-  
plevat.  
\* As. forre.

Quomodo nautis tempestato præclusis serenum mare ad certum di-  
em prædixeris, & orando cibos impetrauit.

9.

Pistorum interea puppi defertur ad oras:  
Sed reducem rigido tardant freta clausa Decembre,  
Cumq; famēs, frigusq; marisq; pericla furenti  
Nubila cum tonitrus, cum grandis, poliq; micantes  
Externo trēpidos quaterent sub littore nautas.  
Venerat alma dies, natus qua corpore signis  
Enituit Christus ceelorum gloria terris.  
Ille, vt erat placidus, blando sic pectore fatur:  
Quid rogo, tanta tenet nostras ignauia mentes,  
Tam fera quin vlllo scindamus vincula nitu?  
Cernitis æquoreo canescat vt aggere tellus,  
Aër aquas manat; glacies mare, nox tegit athram;  
Corda fame tabent; hominumq; iuuamina desunt.  
Ergò DEVM restat precibus pulsare supinis,  
Rubra suis quondam pelagi qui limina pandit,  
Nube domum, nimbo panem dat, pocula saxo,  
Noctis & horriferas flamma duce discutit umbras.  
Tanta dies præfens cuius de munere dono  
Promeruit, quaterna magi thesaura ferentes,

Tttt 2

\* Mor-



Mortalem, regemq; Deumq; tuentur, & orant,  
 Quo lauat ipse suo Dominus baptismate mundum,  
 Clausa diu referans credentibus æthera seclis,  
 Dulcia qua fontes flagrant de gurgite vina,  
 Munere deq; rubent Domini per pocula lymphæ:  
 Sic quoq; nostra Deo remeant duce prospera credo,  
 Illum si rogitas firmet fiducia pectus.

Hæc vbi dicta, freti socios sub litore sistens,  
 Saërat vbi vigiles supplex iam ducere noctes,  
 Ceu decisa videt piscis tria viscera frustra,  
 Et genibus Dominum positus veneratus adorat,  
 Laudibus accumulans fidei venerabile donum,  
 Tor \* superant, vates, conuiuia solibus, inquit,  
 • Conditor æquauit: quibus actis, æquora placans  
 Nauigero patrium nos calle reducet ad aruum.  
 Tum laribus torrent epulas, gratesq; gerendo,  
 Exhibita triduo recereant dape cœlitus artus,  
 Quæ noua mellito testantur dona sapore.  
 Iamq; die quarto latis cessantibus austris  
 Blanda salutiferum capiunt trans æquora portum.

Quomodo iter faciens, æquila ministra, viaticum & percepturum  
 esse, prædixerit, & perceperit.

**I**Nde sacerdotis meritoq; graduq; poritus,  
 Tendeat populos vitæ renouare fluentis.

Forte viæ comiti, sed præcius ipse futuri;  
 Fare sodalis, ait, quo fercula fumere mens sit:  
 Hæc & ego, dixit, dubio sub pectore mecum.  
 Prandia non tulimus vasis, domus hospita \* iam,  
 Ieiuni, fessiq; itener complere nequimus.

Respondit senior: Domino \* si fidere dic.....  
 Prouidet ille dapes, vatem qui pascere coruos  
 Iussit: iam ad spectas aquilam lus vaga stabra.....  
 Nos valet hac etiam omnipotens satiare ministra.  
 Dumq; iter inceptum peragunt, venere sub amnem  
 Et volucrem rubro quæ cœssa sub axe volarat,  
 Marmoris in ripa residere tuentur, vt altus,  
 Cernis, ait, vates, nostram super æquora seruam?

Curæ

\* M. S. Et  
 super vs  
 vatis.  
 forte leg.  
 Tor super,  
 vt vates.  
 Beda in  
 Cudberto  
 prosa scri-  
 ptorum, 3.  
 cap. xi, ait:  
 Quor die-  
 bus hic re-  
 sidendum  
 sit, nobis o-  
 stendit-  
 10.

\* f. nulla.

Leg. sic fi-  
 dere disca.



Curre rogo; & Dominus misit quæ munera, defer.  
Attulit at piscem, medium fecat, atq; ministræ  
Parte famem pellit; firmant sua pectora parte.  
Vtq; viam superant iussis, lymphisq; salutis  
Pandit iter populis cœli per regna vocandis.

\* M. S. S. e.  
liu.

Quomodo prædicans populis phantasticum subito ignem Diaboli  
& præuidere venturum, & venientem ex-  
stinxerit.

11.

Leg. non  
alto. In Præ-  
sa Bedæ cœ.  
13 Eodem  
tempore.

Tempore n̄ alio pandens cœlestia terris,  
Impia iam pulchre ludibria prodidit anguis.  
Namq; repente sacris immiscet talia dictis:  
Panduntur quoties vobis mysteria regni,  
Cor deceat attentum, sensusq; adhibere benignos,  
Ne vaga pestiferi ludat vos aura chelydri,  
Qui sacra peruersus conamina vertere nitens,  
Gaudet vel modica turbari nube fideles:  
Vt nos alloquio regis, visusq; superni  
Abducat fallax, vilis quasi seruulus hostis.

Hos inter monitus vacuo de fomite surgens  
Vicinas rapit ignis edax sine viribus ædes:  
Quæq; faces volitant, ventus iuuat, it fragor astris.  
Exilit elusum trepidum phantasmate vulgus  
Festinum, igniuomis vnda succurrere tectis.  
Nescia sed fufis fallacia cedere lymphis,  
Ipsa sui leuitate perit, patriasq; sub vmbra  
Pompa redit, vanusq; vagis dolus abditur antris.  
Confusi rediére domum, veniamq; precantes  
Exorant proni vatem, fragilesq; superbi  
Se gaudent agnosce dolos, ac tela tyranni,  
Spiritus exstinxit sacri quæ præcia virtus.

Quomodo flamma domus cuiusdam ardentis oratione  
extinxerit.

12.

Quin etiam veri, flammis crepitantibus, ignes  
Arida deriperent tecti dum culmina quondam,  
Inualuit precibus, ventosq; laresq; retorquens,  
Voce pericla fugat, iuuenum quæ dextra nequibat,

Tttt 3

Nec



Nec mirum vati fragilem ceſſiſſe caminum,  
Igniferis ſarax qui ſpicula torta pharetris  
Ætherios fuerat vmbone relidere Chriſti.

33.

Qualiter demonium ab vxore cuiusdam necdam adu-  
ens eiecerit.

Vt venit ad procerem, trepidiſq; precamina ſupplex  
Vocibus ingeminat: leti ſub lumine conuixæ  
Cara iacet: iata artus ſenſu fugiente riget cuncta.  
Vita tremens tantum ſub pectore feruet anhelæ.  
Mitte precor Chriſti modo qui myſteria portet:  
Spiritus antè fugax quàm pallida membra reliquat.  
Dumq; parat iam vatis iter quem micat in iſtudi:  
Tempore namq; . . . . Lindisfarneſis in illo  
Præpoſitus celſe ſecreto numine diſcit,  
Non lei commune genus, ſed dæmonis atri  
Sæuitiam miſeræ diris incumbere penis:  
Se magis exhibuit: ſubeunt iter, ecce repente  
Soluitur in lachrymas ductor, & pectore triſti  
Sedulus horreſcit, veniens ne \* vates amatam  
Dilectamq; diu væſano corda ſurore  
Preſſam ſi cernat, priſcæ ſuſpicio vitæ  
Surgat, & antiquam lædat nota improba \* ſamam.  
Namq; miniſteris aſſiſtere ſedula vatis  
Conſuerat, bibulasq; aures præbere docenti.  
Ille pio terricas releuat ſolamine curas.  
Quid gemis, & taciti liquefactus ab igne camini  
Ablueris triſti iam pectoris indice lymphæ.  
Anne putas ad eam caræ cum tecta ſodalis  
Illam poſſe capi nexu bacchante chelydri;  
Vinci qui crebris ſolitus conſlictibus, & nunc  
Victrici fidei gladio ſuperabitur hoſtis.  
Femina quin potius venientibus obuia nobis,  
Iſtas excipiet ſanæ iam mentis habenas.  
Dicta fiunt; venère domum: fugit efferus anguis  
Occurrit mulier ſoſpes, dextraq; prehendens,  
Frena rogat vatem deſcendere, adireq; tecta  
Dignetur famulæ, pandens noua dona ſalutis,

\* M. S. va-  
ri.\* M. S. ſa-  
mem.



Eius ad aduentum fugiens vt cesserit \* hydros.

\* hydros  
scilicet in-  
fernus.

Qualiter Anachoresin meditarus apud Lindisfarnenses Mo-  
nachos vixerit.

**T**Alia mirantum fragili ne laude, supernæ  
Cœlestisq; exsors fama foret, abdita mauult  
Secreti lustrare, Deo qua teste valeret  
Laudis ab humanæ liber munier atræ.  
Cumq; sui primo iussis Antistitis actus  
Fratribus exemplo virtutis pandere callem,  
Fit monachis socius, quos Lindisfarnea glauci  
Insula clara maris, refluxis circumfluit vndis.  
Inq; breui quâ plura nitens per signa coruscus,  
Erigit innumeros pulsus languoribus ægros.  
Hostis & atra crucis rutilo fugat arma tropæo:  
Quæ facie quamuis absens, sed pectore præfens  
Conterit, & fœdo Christi domum ab hospite mundat  
Internam quid enim coner describere vitam  
Quam dulcis sermone, grauis sit & actibus, & quàm  
Accensam lacrymis leuarit ad æthera mentem,  
Cum decus extremum puri sit pectoris index?

14.

Qualem sibi in insula Farno pulsus demonibus Habitatio-  
nem fecerit.

**T**Andem Farno petit senior, cupitisq; potitur  
Sedibus, indigenas patria fugat impiger atros.  
Illa prius nam horrens lauariibus insula flabris  
Arcebat humana minis confortia cœcis,  
Quàm Domini mox seruus adit cruce: territus atrox  
Turbo fugit per inane vagi quasi portio fumi.  
Ille serena tenens, pereunte tyrannide, regna.  
Terrestri ætheriam sacer aggere condidit urbem,  
Atq; humiles celsis statuit sub mœnibus ædes.  
E quibus astriferum tantum ad spectare cacumen  
Posset, & à cœlo secretus rege tueri.  
Hæc & vt in cunctis diuina patefceret almi  
Virtus, missilibus firmavit mœnia saxi,  
Vix quæ bis terni ceruice subire potentes:

15.  
f. laruali-  
bus,

Ille



Ille sed asportans muris imponere solus  
Sufficeret summi dextra comitante tonantis.

16. *Qualiter precibus aquam de arida produxerit, quicquam bibendi  
quondam in vinum conuertit.*

**F**ontis inops fuerat locus hic: sed sanctus amcenam  
Excudit insolita precibus dulcedine lympham:  
Hæc fieri media Cudperti nata sub aula  
Præbet adhuc cunctis suauem potantibus haustam.  
Nec mirum, hoc Domini famulum potuisse mereri,  
Qui quondam saliente sitim dum pelleret vnda  
In meracum latices valuit conuertere nectar.

17. *Qualiter à messe, quam sua manu seuerat, verbo volucres abegit.*

**Q**uiq; suis cupiens victam conquirere palmis  
Incultam pertentat humum proscindere retro  
Et sator edomitæ anni spem credere glebis:  
Dumq; seges modico de semine surgeret ampla,  
Tempus adest messi: rapidæ sed forte volucres  
Flauentes prædare senis nituntur aristas.  
Talia qui placidus senis prædonibus infit:  
Quid precor illicito messem contingitis ausu,  
Quæ vostro fulcis non est inserta labore?  
Pauperies an vestra meam transcendit, ut istud  
Incuruam meritò falcem mittatis in æquor?  
\*Quasi si forte DEVS iubet his instare rapinis,  
Non veto: sin, alias vos finibus indite vestris,  
Dixerat, & cessit, mox plumea turba, nec vltra  
\*Militis audebat Domini iam lædere\* rura:  
Quin potius dulci pacis quasi fœdere nexum,  
Vnanimemq; sui generis redamabat amicum.  
Nam teneras ceu pastor oues hanc ipse regebat.

fort. Quod  
si.

m. f. mili-  
bus.

m. f. iura.

18. *Quomodo corui noxam, quam viro DEI intulerant, precibus  
& munere purgarint.*

**D**escendunt corui nigro sub crimine pactum  
\*Effringuntq; domus, ruptoq; è culmine culmos  
In propriæ gaudent transferre cubilia prolis.

m. f. effri-  
guntq;



Hos vates ceſſare monet, ſpretiſq; ſuadelis,  
Hoſpitiū Fratrum quid, ait, laceratis? abite,  
Huius & extorres patriæ durate per æuum.  
Dixerat, & triſtes abeunt, biduoq; peracto,  
Alter a deſt vati, pedibusq; volutus, & alas  
Lugubres ſparſus, veniam, reditūq; precatur.  
Patrata qui pace redit, ſociūq; reuſit.  
Tandem ambo veniunt alacres, ad ipemq; ſuillam,  
Se condigna, ferunt vati dona, vngvine cuius  
Calciamēta pius mollire valeret, & extunc  
Innocuo condunt illic ſua teſta paratu.

Quid fera prætumida ceruice ſuperbia ferues?  
Cerne viam corui, & cæcum deponere futorem,  
Qui precibus noxam, ſletūq; & munere purgat,  
Nec pudeat vitæ voluerum de pectore formam  
Sumere, cum moneat ſapientia: reſpice calles,  
Quos formica terat, ſenſumq; addiſce ſagacem.

From. 6.

*Qualiter eidem mare ſeruierit.*

**Q**uid referam æquoreas iuſto familiariter vndas,  
Obſequiumq; illis elementa impendere, qui ſe  
Imperiis ſubdunt deuota mente ſuperbis?  
Namq; ſuis caſulam ſtructurus ibi vſibus aptam,  
Quam baſes à ponti fulciret parte, rogabat,  
Conueniens operi fratres adducere lignum,  
Qui obliiti rediēre maris, ſed proximus aſtus  
Attulit, & mirum dictū, iam lumine in ipſo,  
Quo fuerat corde illius, fundamina teſti  
Pandere, depoſuit, hominumq; obliuia pontus  
Incepat, & nautas ſua concutit vnda pudore.

19.

*Quomodo multis ad ſe venientibus, monica dans ſalutis, fragi-  
les expoſuerit. Antiqui hoſtis inſidias.*

20.

**F**ama citat multos, vatis pia quærere dicta:  
Et bibulas adhibere ſonis cœleſtibus aures,  
Quos varia cordis ſellos, & clade leuaret.  
Mitis at ille ſacro renouans ſolamine moſtos,  
Gaudia ſumma, peli cunctis fluxosq; caducti  
Commemorat luxus ſæcli variasq; malignum  
Vtū

Tende-



Tendere decipulas, Domini qua nudus amore  
 Labatur miserè sensus, sed tela fidei  
 Perrumpant vacuas nullo discrimine fraudes.  
 Me quoties, inquit, celsa de rupe nefandi  
 Præcipitem mittunt? quoties ad pectora saxa  
 Alta rotant? nullo noceor sed hostis ab ictu.  
 Credite nec læsit summas offensio plantas,  
 Nec modicus saltem tetigit præcordia terror.  
 Nec quasi summa mea stuperatis culmina vitæ,  
 \* Blanditas quod ego luxu fallente superbas  
 Calce terens Domino cupiam secretus adesse,  
 Ardorem Monachi cui semper subdita iussis  
 Vita sub imperio seruit deuota parenti,  
 Excubiasque, famemque, preces, manuumque laborem  
 Ad votum gaudent proni frenare regentis,  
 Me quorum multos vitæ per culmina noui,  
 Perq; Prophetæ radios præire sophiæ,  
 Bosilus è quibus est, Mailrosi gloria cætus,  
 Quem totam memini quondam mihi pandere vitam,  
 Quæ me venturi restabat in ordine seclæ,  
 Vnius & solum superat sententia verbi,  
 Quam cuperem nunquam faciat Deus arbiter orbis.  
 Hæc sacer aiebat lenior: quia præsciis ipsum  
 Pontificem aliloquo prædixerat ore futurum.

\* Blandi-  
tias fortè,

21.

Prophetia eiusdem de vita Eggridi Regis, & Episcopatu suo.

al. gran-  
derant,

D Vmque piæ cuncti \* gaudent visere vatem,  
 Eius & hortatu cordis componere fluctus,  
 Ecce alios inter signis sublimibus acta  
 Regia virgo venit, regis quæ sponsa perennis,  
 Virgineos, paradisi tui sua gaudia regni,  
 Mater casta choros generat, vatemque precatur,  
 Dignetur famulam monitis firmare supernis.  
 Annuit pelagi superato gurgite puppi.  
 Progreditur, dictisq; illam dum affatur amicis,  
 Fæmineis subito rogat sic anxia curis.  
 Iam claret meriti te præ fulgore nitentis

Præcia



Præcia venturis intendere lumina seclis.  
 Dic ergo, adiuro summi per regna Tonantis,  
 Ecfridus imperium quod sit regis in ævum.  
 Vera cui dubio pandit sermone Prophetes.  
 Regna vocas longæva virum, quæ, quamlibet annis  
 Centenis extenta breui claudentur in hora,  
 Et nihili vnus luxus reputabitur anni,  
 Mors vbi languentes diffunditur atra per artus.  
 Quæ gemit & lacrimis præfagia tristia deflens,  
 Quem, rogo, linquet, ait, regni qui sceptrâ gubernet,  
 Cum fratre, & nato careat. Cui talia vates:

Cernis vt hoc pelagus latè vaga regmina findant,  
 Forfan hæc inter Dominus sibi \* seruat huius  
 Qui regat imperij lectus moderator habenas,  
 Ecfridus, vtq; tibi fratres necatur amore.  
 Audet adhuc supplex virgo pulsare Propheten:  
 O variis hominum finduntur pectora curis:  
 Pars nancto \* gaudet mortalis culmine pompæ,  
 Pars cupiens gazas luxu populante fugaces:  
 Pauperiem nullo deponit sine percennem.  
 Tu licet oblatum mundi contemnis honorem,  
 Vilibus & manis secretus condier antris,  
 Pontificis summi quamuis potiundus honore,  
 Quondam vestra geret merito sacratius atas.  
 Non ego, respondit, dignum me tanta subire  
 Culmina iam fateor; Domini sed dextera nullis  
 Effugitur cæli, terræ, marisque latebris.  
 Qui, si tanta gradus iubeat me pondera ferre,  
 Credo breui laxet transacta sorte duorum  
 Curriculo annorum absoluar, iursumq; adunatis  
 Gaudens secretis reddar: sed tu quoq; nostrum  
 Aelffeda colloquium perpes reticere memento,  
 Absoluar donec vinculis, & carcere carnis.

Nec mora, veriloqui complentur in ordine dicta;  
 Ecclesiar' iussis precibus, lacrimisq; coactus  
 Vatis & ipse genas luctu perfusus amaro,  
 Dulcibus extrahitur latebris, populisq; regendis  
 Præficitur, modiq; lateat ne tecta lucerna:

Vuuu 3

Sed

\* f. n. a. s. a.

M. S.  
Quondam, nra  
geres.



Sed iubar alticomum Domini diffundat in ædem,  
 Ecclesiam gemino qui rexit Episcopus anno.  
 Priscis deproperavit ouans se reddere lustris.  
 Utq; satis fieret vatis per singula dictis,  
 Sol magnum expleuit solitis sub mensibus annum,  
 Pictorum infesto dum concidit Eefridus ense,  
 Et nothus in regni frater successit honorem,  
 Scottorum qui tum versatus incola terris,  
 Caelestem intento spirabat corde sophiam.  
 Nam patriæ fines, & dulcia liquerat arua,  
 Sedulus vt Domini mysteria disceret exul.  
 Huius nunc Tyrio venerabile pignus in ostro  
 Iure datas patri, sceptri iam tractat habenas.  
 Utq; nouus Iosia, fideq; animoq; magis quam  
 Annos maturus nostrum regit inditus orbem.

22.

*Quomodo in Episcopatu Monasticam non reliquerit vitam.*

**E**rgo sacerdotis summi fastigia nactus,  
 Mente, manu fulget Cudbertus, & ore coruscus,  
 Commissoq; greges precibus, monitisq; tuetur.  
 Pauperibus qui diues, inops sibi, blandus amaris,  
 In turbis monachus; neq; enim vel sueta.....  
 Arida vel heremi mutari fercula curat.  
 Virtutum titulis auget miracula mentis,  
 Quæ lyrico liccat cursim contingere pleetro,  
 Ne potior lassus generet\* fastidia versus.

\* M. S. f. 4.  
 stigm. m. f.  
 doré.

23.

*Vxorem comitis per presbyterum suum aqua Benedi-  
 cta sanauit.*

**D**octor vbiq; pius, cœlestia dona ministrans,  
 Per comitis tulit arua gradus, quem languida coniunx  
 Tristauit perpeffa luem, lethoq; propinquans  
 Alma salutiferæ cui vatis munera lymphæ  
 Presbytero famulante dedit, tabemq; remouit:  
 Moxq; illi obsequium præbebat femina sospes.

24.

*Puellam Chrysmate per unctam à dolore capitis, laterisq;  
 curauit.*

**T**empore non alio laterali tacta dolore

Virgo



Virgo premebatur, capitisq; grauedine fessa  
Ægra diu gemuit, sacro quam christinate tinctam  
Antistes rediuiua nouat per dona salutis.

*Pane à viro Dei Benedicto sanatur infirmus.*

**V**ir, pater ipse domus morbo depressus acerbo  
Cogit amicorum suprema ad fata cohortes.  
Conueniunt plures, cui fortè ibi protulit vnus,  
Quem sibi quondam almi doctoris dextra roganti  
Sacrarat, dederatq; pio pro munere panem.  
Intingunt lymphis: potandum suscipit æger,  
Moxq; medelifero morbi cessere sub haustu,  
Laxatosq; salus rediuiua subintrat in artus.

25.

*Oblatum in itinere iuuenem moriturum oratione reuocat  
ad vitam.*

**I**am commissa vigil dum lustrat ouilia pastor,  
Ecce iteris medio iuuenis torpentia lecto  
Membra ferunt ægrè suspiria seua trahentis,  
Vtq; iuuet miserum rogitant; qui protinus omnes  
Eiecit precibus languentes impiger artus  
Erigit, & comitem lociis mirantibus addit.

26.

*Tempore mortalitatis morientem puerum matri sanum  
restituit.*

**T**empore quo pestis vastabat dira Britannos,  
Dona sacer cellæ dum spargit vbiq; salutis,  
Ferre videt inestam nati moritura parentem,  
Funera femineis, compassus & ipse dolens,  
Bafia dat puero, matremq; affatur amaram.  
Linque metam lacrimasq; puer sanabitur iste:  
Et tua tota domus mortis hac sorte carebit.  
Cuius dicta salus pueriq;, domusq; secuta est.

27.

*Quod omnia gesta illius enumerari non possint.*

**D**icere quid coner, quæ nullo edicere verlu  
Sufficiam? quoties languorum tabe peresos,  
Inualidosq; potens iam verbo erexerit artus,  
Quotq; focos febris sacra represserit vnda:

28.

Vuuu 3

Qua-



Qualiter egestas fontano è gurgite lymphas,  
 Fecerit in lætum vini tranſire laporem:  
 Spirituum quoties per deuia fugerit horror,  
 Cudperhti conſuetæ minis ſe linquere faſſus  
 Pectora, & igniuomas baratri ſub cogit vmbraſ,  
 Abſentisq; etiã pœnis ſe plectit atris.  
 Virtutesq; ſacri numero quid prendere certem?  
 Tanta Prophetaliſ quem gratia fulcit honore,  
 Iam puroq; poli qui peruolat æthera viſu,

*Ineritum Ecfredi regis, & militia ipſius, quem prædixerat ſu-  
 turum, in ſpiritu vidit abſentem.*

29.

**P**ictorum interea premeret dum regna duello  
 ECFRIDVS atroces miſero iam ſine furores  
 Cædere: mente vigil vatis proſpexit, & ore  
 Perfuſus lacrimis ſuſpiria fundere crebra  
 Ingeminat, nunc arua tremens, nunc æthera cernens;  
 Forſan, ait, noſter confecto miles agone  
 Sortitur Domino decretum iudice finem.  
 Planius hunc rogitant euentum edicere pugne,  
 Agnita qui dubia ſic celat voce pericla:  
 Cernite filioli nouus vt ſtupor aëra turbet.  
 Nam Domini ſecreta latent, arcana nec vllus  
 Sufficit alithroni veſtigia prendere regis.  
 Non multi fluxere dies, cum dira nefandam  
 Fama necem caneret, plebis, procerisq; ſub illa  
 Confectam mœrens, qua vatis dixerat, hora,  
 Abſente in cernens, quam creuerat ante futuram,  
 Rectoris cum virgo rogans perquireret æuum.

*Quomodo vir Dei Herberegeto anachoreta obitum ſuum prædix-  
 rit, comitatumq; illius à Domino precibus obtinuerit.*

30.

**T**vm venit Herberegetus, erat qui nexus amore  
 Præcipuo vati, illiusq; per auia celſam  
 Edoctus monitis vitam ſecretus agebat,  
 Se cupiens ſolitis ſacri firmarier horſis.  
 Qui dum ſidereis verbi deuota viciffim  
 Corda rigant dapibus, Cudperhtus talia iungit:

Vcl



Vel nunc hunc decet hunc epulis lingua ducere festis  
 Frater amate, diem, semper quia pectora nexos  
 Nos genitor rerum facie coniunxit, & ante  
 Visere nos tribuit lethi quam iure resoluti.  
 Ideoq; poli callis nunc ore petendus:  
 Toto nunc animo pulsanda est ianua vitæ,  
 Dum licet ætheriis succendere mutua flammis  
 Pectora, nam properans lethi me tempus adurget.  
 Ille ubi percepit venerandi dicta Propheta,  
 Corruit, obsecrat, mœret, lacrimatur, & inquit:  
 Me rogo ne linquas; cari; memento sodalis:  
 Aurea ne rutili penetres cum limina regni,  
 Carnis ego tenear solus sub carcere . . . . .  
 Dignius alta poli famulo comitatus adibus  
 Regna libens, ideo supplex deprecor Tonantem,  
 Ut parili terris premimur qui mortis in umbra,  
 Æternæ pariter lucis migremus ad oras.  
 Incubuit precibus vates, sociumq; gementem  
 Exorat siccare genas, deponere fletus,  
 Se precis auditu Domino miserante potitum.  
 Quid moret? vnus ambo sub lance diei  
 Decedunt mundo, Dominiq; feruntur ad aulam.  
 Longo sed torrens Hereberhtus membra camino,  
 Ignea decoctum tandem super æthera flatum  
 Emitit, credo flammis ut mundior illis  
 Æquaret socium, iuncto qui sidera passu  
 Scandentes iuncta mercede fruuntur in æuum.

M. S. re  
nolui

*Animam cuiusdam, qui de arbore cadendo mortuus, ad calum ferri conspexit.*

813

**S**ederat ad mensas epulis sed pastus olympi  
 Vatis, ab humanis subitò secernitur elscis.  
 Concutit ossa pauor, tremefactaq; dextera cultrum  
 Linqvit, & adtonito vibratur corde dolore.  
 Ælfeda perquirat, quæ fortè assederat illi,  
 Fortè recens veniat tanti quæ causa tremoris  
 Venerat angelicus respondit ab æthere cœtus,  
 Deq; tuis secum prælecto milite castris,

Aurea



Aurea dulcisonis remeabat ad astra triumphis.  
 Inquit nomen: eras mystica dixit ad altar  
 Obtulero cum sacra, mihi nomenq; modusq;  
 Quo petit astra tuis pandetur in ordine dictis.  
 Quae misso festina suos cursore per omnes  
 Iam tandem mane edificat, vatiq; sacrandis  
 Intento votis, precibusq; renarrat ad aras,  
 Frondiserit aliquem nemoris dum scanderet alta  
 Cederet ut pecori arboreo de pabula cono  
 Deciduum membris animam posuisse solutis,  
 Illoq; humanis ablatum in tempore rebus,  
 Quo facer aetherias raptum cernebat ad auras.

32.

*Post duos annos Episcopatus repetit solitariam vitam.*

**E** Celestiam gemino qui postquam sedulus anno  
 Pontificis de iure regit, verbiq; fluentis,  
 Viuida prata rigat tanti venerandus honoris.  
 Linqere cessat onus, eremiq; reclusus arena  
 Malebat Satanae tectis pulsariet armis,  
 Quam imperio vacuos vulgi captare fauores.  
 Desidiam generat quia laus blandita clientum,  
 Perpetuis at lucta beat perfecta coronis.  
 Maximè praefagio admonitus, cum spiritus orsis  
 Mortis adesse sibi gauderet tempus, & aliam  
 Secretus cuperet mentem renouare, priusquam  
 Fluctuagis secli curis defessus obiret.

*Quomodo languens in ipsa insula corpus suum poni precepit,  
 simul & de gloria postuma commemorans  
 illius.*

33.

**Q**uem dilecta sacris reddit mox Insula muris,  
 Tangit ingenito sensim pia membra dolore,  
 Inq; dies instans cum incresceret ossibus ardor,  
 Dulcibus egreditur castris, sociamq; cateruam,  
 Qua fesso gaudebat ouans seruire parenti,  
 Blandiloquis studuit creber firmare suadellis,  
 Dicitur filioi fragilis retinacula secli  
 Rumpere, & aeternas animo condere gazas.  
 In dubio penitet contemptus, honosq; caducus,

Sta-



Stamine quo discunt meritis pia pectora iustis,  
Haudquaquam volucris sub tempore quærere laudem,  
Quo nemo latebras clausi vel noscere cordis  
Præualeat, inuentis vel digna rependere gestis,  
Puro sed visuportam specularantia regni,  
Quod dabit ætheriæ dignis rex inclitus aula,  
Condere \* oliuiferis malunt sua lumina vasis.  
En me fiderias animo spirasse supino  
Iam stupuistis opes, sed pectoris abdita soli  
Claustra patent Domino, carnis quæ pondere rupto  
Incipient certis iam credo patescere signis.  
Sed precor insistens pulsât quia lumina lethum,  
Hos vt in his tumulto mandetis manibus artus  
Spero, licet flabris, gelidi sue absumar in vndis,  
Obuius in puncto, Christo veniente resurgam,

\* M. S. off.  
feris.

*Graviora se dicit in extremis superasse certamina.*

34.

**T**Alia dum senior socias iteraret in aures,  
Præcipit ad tempus redeant qui cœcula puppi  
Exsuperant, fratrumq; trahentes agmina secum,  
Quinq; dies postquam clausi feruentibus vndis  
Tardarant, tandem redeunt, ac supplice fletu  
Impetrant cari secum genitoris vt artus  
Condere iam liceat: vates quibus & supperaddit:  
Qui cupit altithronum victor conscendere regnum,  
Turpiter infecto deuinet cedere bello,  
Et magis extremi ne vi superatus agonis,  
Iam propè perceptis fraudetur ab hoste coronis,  
Qui longe nitens vacuare labore fideles  
Vltima iam maiore quatit sub tempora pulsus.  
Deniq; me crebris primæuo à flore nefandus  
Insidiis agitabat, & hæc modò quinq; dierum  
Pugna dolos superat transacti temporis omnes.  
Sed facillè infandi Christo duce, tela repressi:  
Cum nec parua cibi, potusue alimenta darentur  
Tabenti licet ista loco nec membra mouerem,  
Vos quoq; celsa precor seruetis iura perennes,  
Cœlestis patrum vobis quæ regula canit,

XXXX

Ipsè leg. canis,



Ipse vel exiguis suetam quæ promere dictis,  
 Dum fata quæ proceres summi seruere rigarem,  
 Quamlibet & rabidis adsurgat turbo procellis,  
 Omnia fert; fide regni vi quaeritur aula,  
 Fundatq; petra grauibus ne cedit nimbis,  
 Torrentum furias, aquilones tenuite fauos.  
 Vltima iamq; patris maneat sententia cordis  
 Expedit istius patriæ vos linquere fines,  
 Limite quam trepidos mentem desistere ab illo  
 Quem sacra diuinis depinxit litera chartis:  
 Nec quia multorum cineres locus iste sepulcet,  
 Aurea flagranti peterent qui sidera cursa,  
 Vos fauor, aut vacuæ tentet noua gloria laudis.  
 Illi nam meritis gaudent super astra coronis.  
 Haud aliter nostris studio nos currere plantis  
 Conuenit, & propriis brabium comprehendere palmis:  
 Nec loca propter, homo meritò venerabilis exstat:  
 Sed locus ob homines exstat venerabilis almos.  
 Meq; meæ rogito nunc indite mœnibus vrbis.  
 Instat enim tempus, carnis quo debita soluam.

25.

*Quomodo ministrum suum à profluuio ventris sanauerit  
 aegrotus.*

**T** Alibus attoniti lacrymant, rogitantq; gementes,  
 Saucia secretis condant ne membra latebris:  
 Sed læti & vitæ confinia summa tenentem  
 Frateno coram releuet solamine flammam,  
 Vel sacra suscipiat saltem sub tecta ministrum,  
 Qui obsequio fragiles procuret sedulus artus.  
 His motus vertit dum lumina blanda per omnes  
 Adspiciens fratrem longa cui clade grauato,  
 Tabida macebant exhausto viscere membra.  
 Hic, si vultis, ait, subeat mea tecta, mihiq;  
 Labe sub hac fesso solamina præstet amoris.  
 Qui vatem comitatus adit mox limina sacra,  
 Occurrens inopina salus amplectitur egros  
 Depulso languore sinus, digna mq; salutis  
 Cedere non aulos penetrare sub edita morbos.

Neo



Nec mora, sopos abijt, qui intrauerat æger, & illic  
Presbyterum immittit digne Cudperhtus, vt illo  
Sidera tefle pctat, vitam ..... egebat.

\* reftator  
forte le-  
gendum.  
36.

*Percepto viatico inter verba orationis spiritum reddit.*

**I** Amq; foporata torpebant omnia nocte,  
Excubiis vigilis premeres dum, fomne, tenebras,  
Quaq; preces resonant modulis, fremit in fula psalmis,  
Vatis & ipse fue præguftans gaudia palmæ,  
Ætheriis expendit ouans sub laudibus vmbra.  
Aft vbi flammicomos ardefcens lucifer ortus  
Attulit, ecce facer refidens antiftes ad altar,  
Pocula deguftat vitæ, Chriftiq; fupinum  
Sanguine in unit iter, vultusq; ad fidera, & almas  
Suffollit gaudens palmas, animamq; fupernis  
Laudibus intentam lætantibus indidit aſtris.

*Quomodo iuxta prophetiam Psalms quem eo moriente cantauerant  
Lindisfarnenfes sint impugnati, fed Domino iuuante protecti.*

**P** Resbyter egrediens, vatis pia funera mœſtis  
Depromit fociis, dum forte canentibus hymnum  
Hunc querula sub laude: Deus nos alme repellens,  
Deſtruis iratus, faluasq; miſertus ab hoſte,  
\* Arua moues turbasq; potens, & territa ſanas,  
Propinasq; tuis prætriftia muſta; ſed hoſti  
Te duce bellarunt: tu noxia comprimis arma,  
Libera vt electi portantur luce per æuum.  
Indice tum flamma Lindisfarnenſibus illam  
Qua vigil è ſpeculis perniox ſeruauerat horam,  
Ætherias pandunt vatem penetraffe ſub auras,  
Qui iam nocturnæ tum forte ſub ordine laudis  
Ipsi etiam mirum eiusdem modulamine psalmi  
Verbera mœſta ſequi Domini pia dona canebant  
Nec ſuſpecta diu tardant præſagia: nam mox  
Vatis honorifico mandantur vt alma ſepulchro  
Altaris dextro ſub condita marmore membra.  
Inſiſtens Aquilo niueis confuſus in armis  
Hinc atq; hinc a deo Lindisfarnenſe perofis

37.

\* Arma le-  
gendum.

Xxxx 2

Tc &



Tecta quatit fabricis, vt nobilis alma parentum  
 Progenies fesso titubaret stamine rerum.  
 Cedere iamq; loco, quam extrema subire pericli  
 Eligeret, nec iam logum manet ira, sed almam  
 Eadperctus renouat sedato turbine pacem,  
 Dispersosq; sacrum reuocat sub ouile bidentes,  
 Praecius & lyrico resonabat vt ordine Psalmus,  
 Pontificale decus, plebisq; instaurat honorem.

38.

*Quomodo corpus ipsius post XL. annos sit sine corruptione  
 repertum.*

**C**onspiciq; facer folio patris inditus haeres,  
 Vndecimi postquam cursum transcenderat anni,  
 Complacuit cineres tumuli de sede beati,  
 Elatos coram gremio leuis inderet arca,  
 Sed canit vt psalmus, quia mors pretiosa piorum  
 Ante Deum, retinent calicem qui haurire salutis  
 Non trepidant celsi tutati nomine regis.  
 Rursus & vt summo resonat lyra mylica cantu,  
 Nec sanctum dabis, alte, tuum corrupta videre,  
 Aurea luciflua pandis cui lumina vitæ:  
 Humanis diuina nitent miracula membris,  
 Et Domini celfo fulget quæ iure potestas,  
 Participi fidis donatur munere seruis:  
 Intemerata sacro promuntur membra sepulcro,  
 Nescia quam noxæ, tam diræ immunia labis,  
 Nec durum, ac rigidum sæua ceu morte grauatum,  
 Sed veluti placidum capiunt dum pectora somnum,  
 Flexile iam tota corpus compage videtur,  
 Nec minor eximia renitebat gratia vestis,  
 Incorrupta solo sanctos quæ texerat artus:  
 Hanc findi placuit, medium pia membra receptant,  
 Seruatur medium signi memorabilis index.

39.

*Quomodo corpus Eadpercti Episcopi in tumulo viri Dei ponentes  
 sarcophagum illius desuper posuerunt.*

**E**adperctus postquam rerum miracula dignis  
 Laudibus extulerat, versu memorabat vt olim

Illius



Illius egregios referens antistitis actus,  
Febribus excoquitur, placidumq; ad sidera flatum  
Emittens, patriam conscendens corpore sedem,  
Desuper at cella splendor componitur arca,  
Immortale decus cõhibens quæ martyris almi  
Præfulget mirum cœlestibus inclyta signis.  
Morborum fugiunt labe, furor impius atri  
Dæmonis absistit, viuensq; solebat vt ante  
Signorum monstrare iubar, modò sic quoq; passim  
Spargitur & functos virtus miranda per artus.

*Puer Dæmoniacus, humo, cui lauacrum corporis eius infusum est,  
in aquam missa, sanatur.*

**V** Ir quidam nati, misero quem cæca furore  
Dæmonis ira terens, læuas effundere voces  
Compulit, & proprios consumere moribus artus  
Membra per almorum rogicans sacra busta ferebat;  
Reddere nec petitam sancti voluere salutem,  
Cudperhti potior virtus vt celsa micaret.  
Tum pueri quidam fletus, vagitumq; perhorrens,  
Ad patris auxilium fidus concurret amati.  
Nouerat alma sacri functos quæ lauerat artus  
Patroni quondam, terris vbi reddita lympha est.  
Inde rapit grandem modica de rupe salutem,  
Immiscet latici, dictis sacra uerat almis,  
Dat potum puero, stridor mox cedit amarus.  
Nec mora; plena salus redit: ipse suprema veretur  
Munera, collaudat, lætoq; per omnia passu  
Cudperhti cunctis donum venerabile pandit.

*Egrotus ad tumulum eius orando curatur.*

**A** Lter morbigeni consumtus ab igne camini,  
Vix famulis manibus sanctam deducitur alti  
Martyris ad tumbam; genu ponens obsecrat, illis  
Eripiat vinclis tanti mox alma patroni  
Surgit, & atherij firmatus munere doni,  
Libera sospitibus ponit vestigia plantis,  
Perq; dies prisca recipit iam dona salutis.

Xxxx 3

genlos



*Oculos quidam languentes oratio illius adrañus sanant.*

42.

*m. f. me-  
mere.*

**T**Egmina quin etiam consortia corporis almi  
Munere participi medica virtute redandant.  
Lumina nam cuiusdam dolor, & caligo pererrans,  
Dum premeret, sancti accipiens oraria vatis.  
His orbes tangit geminos, reducemq; saluti  
Mox aperit callem veneranda gratia vestis.

43.

*Paralyticus calcamentis eius sanatur.*

**A**stalius resoluta graui cui pondere membra  
Officiis iacere suis deserta, cuiq;  
Irrita longæuos auxit medicina dolores.  
Calciamenta sacros tandem quæ martyris almi  
Vestierant plantas, plantis cirundedit ægris.  
Mox primas suavis tenebras mitescere somnus.  
Sanus enim celsæ induerat sacra dona medelæ,  
Fecit & interno firmatis robore neruis,  
Palpat alterno lato inter somnia gressu,  
Æquore deserti ludant ceu litore pices.  
Euigilans baculo rediuuos erigit artus,  
Ac matutinas stando persolueret laudes  
Incipit, & prisco solidatus membra vigore  
Diuinam collaudat opem, iustusq; Tonanti  
Offert sidereo sanus pro munere grates.

44.

*Quod tegmine parietis eius infirmi curentur.*

**N**ec sanctum ætherio vacuat ur munere tectum,  
Quo sacer astra petens corpus ex sanguine reliquit.  
Nunc quoq; sed solitam pariter ubiq; medelam,  
Altaq; mirentur proles Dauidica templi  
Tecta sui gemmis quoniam stellantibus æthram  
Aequiparens, fuluisq; micent redimita figuris.  
Plus sed ego vatis sub domate mirer....  
Pelliculam, sanctus fragilem qua texerat angulum,  
Ne pluuia, aut Boreæ penetrabile frigus adurens  
Irrueret passim, precibusq; ardentia castis

*HOC LIBRUM  
S. I. V.  
27*



Corda fatigaret, nec me sententia fallit.  
Namq; opus hoc Salomon, fuluo quod fecerat auro,  
Chaldea petrarum obtexit, heu, flamma ruinis.  
At sacra Cudperti appendit dextera, vela  
Munere Felgeldi patulum diuisa per orbem,  
Latius ingeniti fundunt medicamina doni.  
Clarescitq; ..... pretiosior auro.  
Pellis, & Eois præcellit fulgida gemmis.  
Tertius hic proceris seruat nunc castra, beatum  
Alta secuturus hæres ad regna parentem.

Quantum Odilualdus successor viri DEI virtutes suas co-  
lare studueris.

**H**osnam inter medius sociis non segnior almis  
Odilualde sacras rexisti prouidus arces,  
Quem raro proprias aiunt voluisse cuiquam  
Pandere virtutes, toruine eruenta chelydri  
Tela quibus victor confregerit obuius armis,  
Vnde manet longum memorabilis illa beatis  
Incauté prolapsa semel sententia lapsus.  
Fortè sacer fidam monitis cælestibus aurem  
Dum rigat, accipit has socio de pectore voces.  
Quæ rogo causa tuo toties quod ab ore fluentem  
Perrumpant, variantq; silentia crebra loquelam,  
Et mediis statuatur metas obliuio dictis?

Cui responsa pius, paucis ita reddidit heros:  
Hoc te dulcis amor fixo, memoriq; perennem  
Corde tenere decet, studeat nisi quisq; bidentum  
Funditus alloquiis auertere sedulus aures  
Non queat atherias inter dare verba cateruas,  
Pandere nec lætis cæli concentibus aures.  
Dixerat, & trepido percussus corda tremore  
Singultu afficitur feruens, ac pectora pugnis  
Casta ferit, tandemq; gemens erumpit in istam  
Persusus lacrymis post mæsta silentia vocem:  
Obsecro te supplex summi per sceptrâ Tonantis,  
Hæc cunctis vt dicta tegas, moribunda quousque  
Membra solo reddam, gradiarq; in calle parentum.

Sic



Sic sua summa sacer conclauibus abdere quamuis  
 Mallet, ab ætherio panduntur munera teste.  
 At pia Cudperhtus memorans sæpe acta priorum  
 Ætheria sub laude sui quoque Christus agonis  
 Vt fuerit socius fuerat subnectere paucis:  
 Sicq; duos vario iam munere spiritus idem  
 Lustrauit per dona viros, atq; ætheris alti  
 Tramite diuino regnum perduxit ad vnum.

*Qualiter Cuachoreta Felgendus ibidem sit à vultus tumori  
 mundatus.*

**E**Rgò agè Felgendus largitor muneris almi  
 Prima salutiferi ipse capit documenta vigoris:  
 Cui pridem facies in formi ta cta tumore est,  
 Squalens, ac rigido dum solus in abditus antro  
 Latior ingenito surgit de fomite flamma,  
 Atq; genas maculis liuor resperfit adurens:  
 Qui noua pro veteri dum culmina panderet ædo,  
 Illud ouans fesso direptum à pariete velum,  
 Partiri docuit fidæ spes certa salutis,  
 Primaq; dum lymphis corrigia tingitur almis,  
 Peruia cornigero pateat quo semita ferro,  
 Exfiliens lasciua sacro de gurgite gutta,  
 Lumina resperfit sancti, vultumq; rubentem.  
 Ille citus dextra lymphas abstergere curans,  
 Miratur pestem stupefactus abisse, foresq;  
 Pandere iam reduci sana sub fronte medelæ.  
 Et ne fortè putet mendum me dicere quisquam,  
 Teste DEO dicam, quia presbyter ista fidelis  
 Pandebat vatis fidam cui fatus in aurem:  
 En, inquit, nosti faciem, quia presserat olim!  
 Labes acerba meam: sed iam modò gratia Christo,  
 Cudperhti meritis placauit tristitia flagra.  
 Mitte manum, & tangens me dicere vera, probato.  
 Clausus namq; oculus non quibat acumine cerni.  
 Fecerat & priscam morbo fugiente salutem.  
 Ad fore temporibus persensit ab æthere sanctis.



Conclusio libri.

Hæc tibi cunctorum largitor Christe bonorum  
Dona tui obtulimus summo de munere doni.  
Magnaq; præ modicis libantes gaudia dictis,  
Sanctorum attigimus certamina celsa tuorum,  
Sperantes illis exoratoribus, vt tu  
Siderio dignos qui iustus in axe coronas,  
Indignis meritis, laxes vel debita nobis,  
Vltima sufficiunt illius in ædibus aulae.  
Præmia, qua cunctos tua visio Christe beabit,  
Vita manet castis lumenq; , salusq; per æuum.

Beda famuli Christi, & presbyteri explicit liber de virtutibus sancti Cud-  
berti Lindisfarnensis Ecclesie Episcopi.



Yyyy

Epis



